



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Godefridus Ep. 8. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

7.Nov.
roscri-
eminae
edibit.

, nec in
de , nec
r ; me-
ne suâ

M.

LBER-
Colo-
etiam
tinam
& in
ipsi-
a ulla
z pa-
num,
nissis
trici-
quæ
inu-
tvs.
ibus
er li-
ione
ho-
cum
ospit-
tem
s ex-
ore

8.Nov. VITÆ SANCTORVM. 547
ore alieno palam fassus est , moriens Christo
Christi verbis pro hostibus suis supplicavit, facul-
tatem ob id nactus mira (quæ innumera sunt) pa-
trandi. Sub idem ferè tempus lunæ geminam al-
teram lunam cœnobita vidit gladio insignem, ne
dubitaret orbi, sideribus novum sidus ENGEL-
BERTVM additum. Ex Surio.

Optimum vindictæ genus est, culpam ignoscere, &
humanitatis beneficia non negare; mala pati, & stillici-
dia gratiæ communicare. Hoc superne Deitatis opus
est, quæ quotidie innumerabiliter injuriis lacefitur, &
sustinet, blasphematur, & non irascitur. S.Laur.Ju-
stin.de Castro connub.c.18.

S. GODEFRIDUS EP. 8.Novembri.

Cœpit GODEFRIDVS in tempore (quinquennis
ut pote) ad sanctitatem inter cœnobitas con-
niti, Musis juxtâ & pietate succollantibus. Anno
ætatis xxvi. Abbas, inde Pont.Ambianensis, mi-
rum est quâm benignum se miseris exhibuerit,
tredecim quotidie de his epulo solitus excipere,
ablutis suâ manu eorum pedibus ; nihil utique
alienum à summâ dignitate existimans , facere,
quod prior Pont.Max.Christus fecisset. Et forte
bene magnum , & qui culinæ unicus superabat,
piscem inde ipse asportaverat, donum leprosis sti-
pem rogantibus. Ei rei cum absens tunc succen-
seret postea œconomus , illud modò respondit
GODEFRIDVS : Etiam atque etiam videret , illéne
abundaret, an pauper Christus esuriret, rectius? Et verò
ut hunc tegeret, non dubitavit suis laciniis sum-
mâ hieme se spoliare, & mendicabulum his dita-
re, ipse contra frigora hâc unâ charitate satis ar-
matus. Jam clementiæ in subditos illud sit argu-
mentum.

mentum, quod ad tyrannum, quem ob scelera templo proscripterat, per maxima itinera excaleatus contendit, & ad facinorum detestationem reum supplex in genua Judex invitavit: quin tunc etiam contumacem nihilominus captivum postea in libertatem asseruit. Quod tamen cives Ambianenses monita ejus vel negligerent, vel contemnerent etiam, igneos urbi exercitus imminere vidit, interitum hujus, ut D. FIRMINUS GODEFRIDO vaticinatus est, portendentes, qui non multò post reapse delapsis cælo flammis est infecutus. Nos, ne cælo Devs ignes, oculis lacrimas rectè pluemus. Ex Surio.

Sitam sollicitè corporalis fugietur mors, ut nemo mori velit, quantum fugi debet eterna? Si momentanea rationabiliter sunt evitanda tormenta, qua finem habent, quo animo fugienda sunt omnī fine carentia? S.Laur. Justin.c.17.de Contemptu mundi.

MEMORIA CRUCIFIXI BERYTENS.

9.Novembris.

Nimirum facile CHRISTO cum Carpo hodie credemus, velle illum iteratō pro nobis mori, si modò vivere nos velimus. Berytus civitas est Tyro & Sidoni contermina. In hāc sub annum DCCLXV. habitare inter spinas lilia, hoc est inter Hebræos Christianos, vidisses. Et fortè Christianus ædibus suis Judæo cessit, alioqué migravit, oblitus secum ferre nobilissimam & ab omnibus retro majoribus acceptam hereditatem CHRISTI imaginem cruci suffixam, opus ab artifice manu ipsius Nicodemi commendandum. Spectasset in nepotibus suis antiquos Servatoris hostes, & non jam odii simulachrum, sed ipsissimum